campis terris cultis et incultis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus molendinis constructis vel adhuc construendis viis et inviis exitibus et reditibus nec non cum omni iure et utilitate, que scribi vel nominari possunt, sicut ad nos pertinere dinoscebatur, pro decem et novem sexagenis iam persolutis et pro duobus molendinis quondam in Muzin constructis et pro ortis et pro omni censu, quem in predicta villa Muzin ante dicte sanctimoniales in Nympschen possederunt, vendidimus et eisdem sanctimonialibus in Nympschen cum omni iure et utilitate, ut pretactum est, appropriamus nichil nobis iuris et nostris successoribus tam presentibus quam futuris inde reservantes. Insuper spoponderunt nobis sepe dicte sanctimoniales, ut singulis annis anniversarium progenitorum nostrorum et nostrum, cum de medio sublati fuerimus, peragant et observent. Ut autem predictus contractus robur habeat et indiscussus in perpetuum permaneat, presentem paginam cum sigillo nostro et cum sigillo dilecti filii nostri Alberti prenominati fecimus communiri. Datum anno domini M CCC XLI sequenti die Egidii abbatis. Testes huius facti sunt dominus plebanus Iohannes in Houecchin et dominus H. plebanus in Muzin, dominus Tizemannus de Hersvelt miles et Iohannes de Luppe senior, Beyge[a]) de Gruzewiz et Iohannes dictus Bichowe et alii quam plures fide digni[a]).

328.

Heinrich, Domdechant zu Meißen, beurkundet die Schlichtung des Streites zwischen den Klöstern Nimbschen und Sitzenroda wegen des Zehnten in dem Dorfe Staupitz. **Meißen, 1342 Juli 3.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2921[a]. Die beiden wohlerhaltenen SS. (das der Aebtissin Taf. I, 10) an Pergamentstreifen (A). Or. Perg. ebendaselbst No. 2921[b]. Von den beiden SS. an Pergamentstreifen ist das der Aebtissin abgefallen (B). Beide Urkk. von derselben Hand.
Gedr.: Hasche Magazin 7,290 ff. (nach A).

Nos Henricus[a]) decanus ecclesie Mysnensis[b]) dei gracia[c]) recognoscimus publice per presentes, quod conparentibus coram nobis sedenti *(sic)* pro tribunali | fratre Henrico ordinis Cysterciensis[d]) procuratore domine Elyzabeth[e]) abbatisse et conventus sanctimonialium in Nymszchen[f]) actore parte ex u|na nec non domino Iohanne preposito sanctimonialium in Syczynrode[g]) procuratore domine Agnetis priorisse et conventus sanctimonialium ibidem | reo parte ex altera partes amicabiliter composuerunt in hunc modum, quod ipse dominus Iohannes prepositus sanctimonialium in Syczynrode promisit nomine domine priorisse et conventus claustri predicti dare et solvere[h]) duo maldaria seu viginti quatuor modios siliginis Turgowensis mensure, quemlibet modium cum pleno cumulo, domine abbatisse et conventui sanctimonialium in Nymsczhen pro tota decimacione in villa Stupycz sita[i]) usque huc, hoc est usque[k]) ad diem Petri et Pauli apostolorum, neglecta[l])

327. *a) Der Schluß von* Beyge de Gruzewiz *ab von derselben Hand mit schwärzerer Tinte.*
328. *a)* dei gracia *nach* Henricus *hinzugefügt B.* *b)* Misnensis *B.* *c)* d. gr. *fehlt B.* *d)* Cisterciensis *B.* *e)* Elyzabeth *von derselben Hand in eine zu diesem Behufe vorher gelassene Lücke mit etwas blässerer Tinte später eingesetzt.* *f) z in* Nymszchen *über der Zeile hinzugefügt A.* Nymsczhen *B.* *g)* Seyczhynrode *B.* *h)* persolvere *B.* *i)* neglecta *hinzugefügt B.* *k) fehlt B.* *l) ehlt B.*